Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26215
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in dicat quod paciatur. Non numquam uero iam suis hystorie uerba permis
cet. ut nichil allegoricum insonet. Non numquam sic suos dolores
loquitur. ac si ex uoce dolentis ecclesie loquatur. In hac uero ultima
sui parte sermonis ultimum tempus designat ecclesie quando aduer
sarios suos id est carnales quosque uel hereticos atque gentiles qua
nunc studet sapiencie auctoritate comprimere. effrenata iac
tantia elatos cogitur inrisa tolerare. Unde in hoc quoque sermo
ne dicitur: Nunc autem derident me iuniores tempore quorum non dig
nabar patres ponere cum canibus gregis mei. Et ipsa ordinis
ratio exposcit ut per uerba beati IOB ultima extremi sancte ecclesie
designentur dies. quando persecutione crescente apertas hereticorum
uoces tolerare compellitur. cum motus cordis sui quos nunc inter
cogitationum sinum contegunt. tunc in uoce manifesti erroris aperi
unt. Hunc autem sicut per IOHANNEM dicitur: draco in abyssum clausus tene
tur: quia diabolica malicia in eorum subdolis cordibus occultatur.
Sed sicut illic dictum est. educitur draco de puteo abyssi. quia quod modo per
timorem tegitur. tunc contra ecclesiam publice de iniquorum cordibus
omne serpentinum uirus aperitur. Nunc enim abscondit se sub
blandiente lingua seuiens conscientia et malicia callidita
tis. quasi quodam se tegit abysso simulationis. Nunc enim abscon
psalmiste uoce dicitur: congregat sicut in utre aquas maris. Uter quippe
est carnalis cogitatio. Aque quasi maris in utre congregate sunt. cum
amaritudo peruerse mentis non erumpit. exterius in uoce praue liberta
tis. Ueniet profecto tempus quando contra hanc peruersi atque carnales
aperta uoce predicent. quod nunc occulta cogitatione moliuntur. Ue
niet tempus quando catholicam ecclesiam non solum iniustis uocibus sed
etiam crudelibus plagis premant. Ab aduersariis namque suis duobus mo
dis ecclesia persecutionem. scilicet aut uerbis aut gladiis. Sed cum uerbis
persecutionem sustinet. exercet eius sapientiam. cum uero gladiis exercetur
eius pacientiam. Sed uerborum persecutionis ab hereticis nunc etiam contra